



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 68. Alphonsi Gesualdi Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. tiorem reddat Sac. Congregat. de causis
 A. C. 1603 sis magni momenti in defectu vel ab-
 sentia Episcopi.

§. LXVIII.

*Alphonsi Gesualdi Cardinalis
obitus.*

*Ciacon. in
vita Pii IV.
tom. 3.
p. 936.
Aubery in
vit. Card.*

Inter Purpuratos, qui præsentem æ-
 num sibi vitæ termino funestum ha-
 bebant, primo loco recensendus venit
 Alphonsus Gesualdus patria Neapolita-
 nus ex Nobilissima Compsarum Com-
 tum familia oriundus. Hic morum in-
 tegrityate, ac scientiarum laude insignis
 Protonotarii Apostolici munere fungens
 batur, auctaque nominis sui gloria præ-
 mum a Pio IV. Diaconus Cardinalis S.
 Cæcilie & Archiepiscopus Compsanus
 die decima quarta Aprilis anno Do-
 mini millesimo quingentesimo sexagesimo
 primo, postea Regnante Pio V. Presbyter
 ejusdem Ecclesie renuntiatus batur.
 Demum sub Gregorio XIII. Episcopus
 Albanus, sub Sixto V. Portuensis, ac
 tandem sedente Gregorio XIV. Ostien-
 sis Cardinalis Episcopus, Sacreque
 Collegii Decanus nominabatur: Non
 multo post præter Picenam Legationem
 rituumque Præfecturam gravissimis Re-
 publicæ negotiis præficiebatur, quibus
 in officiis semper præclara justitiæ, fa-
 piendæ

pietatiæ & Religionis specimina dederat; Sæc. XVII.
A. C. 1603.
 in eo enim singularis modestia, summa
 iudicii maturitas, raraque rerum ge-
 rendarum experientia ac dexteritas emi-
 cabat: Pauperum Parens, Doctorum
 fautor, ac severus Ecclesiasticæ disci-
 plinæ cultor Metropolitanam Ecclesiam
 Neapolitanam, ad quam a Clemente
 VIII. anno Salutis nostræ millesimo
 quingentesimo nonagesimo sexto evehe-
 batur, unacum Palatio Episcopali ædi-
 ficiorum fabricis, vasis aureis, argen-
 teisque exornabat, ac integrum Tem-
 plum picturis aliisque pretiosis donis
 tam in vita, quam post mortem testa-
 menti tabulis locupletabat. Nec Nea-
 poli tantum sed & Romæ pia ejus li-
 beralitas celebrabatur; præclaram e-
 nim Basilicam Patribus Theatinis erigi
 curabat, quod tamen opus absolvere
 haud poterat, morte præventus: obiit
 enim Neapoli hoc anno die decima
 quarta Februarii sepultus in sua Ca-
 thedrali. Hujus Viri jacturam ipse
 Clemens VIII. literis ad Canonicos suos
 datis deplorans, in hæc verba erupit:
*Nos Viri pietate & vitæ integritate, ac
 multis meritis præclari atque in hoc Sacro
 Ordine amplissimi mortem dolemus. Inter-
 fuit Alphonsus septem Pontificum
 comitiis.*

§. LXIX.